

similes illis: *Nullum, Vare, sacra vite prius feueris  
arborem Circa mite solum Tiburis et moenia Catili.*  
Ode autem Sapphus constat versibus illis, qui apud  
Horatium etiam Sapphici nominantur, et Adonio.  
hoc tantum interest, quod Horatius in secunda se-  
de solo vtatur Spondaeo: at illa modo Spondaeum,  
modo Trochaeum admittat. Hic autem versus: *Μή  
μ' ἄττασι μήδ' ἀνίασι δάμνα*, nemini suspectus esse  
debet. nam quamuis ἄτη longum habeat & apud  
Homerum, tamen hic corripitur: estque Trochaeus  
in prima sede huius versus, vt et in aliis. quidam  
enim antiquus Grammaticus docens, apud Aeoles  
nonnunquam & licenter corripitur, hunc versum citat.  
Sed ille certe versus: *Κ' ὅττι γ' ἐμῶ μάλισ' ἐθέλω  
γενέσθαι*, merito suspectus esse potest. nam non ca-  
ret mendo. reliqua bene habent.